

tremarum proportionalium dimidia. Ex eo dimidio subtrahe minorem, aut ex maiori subtrahe dimidium, residuo applica Gnomonem, & Instrumentum aperi, quoad dimidium prius repertum, cum Gnomone concurrat. Intercepta de Gnomone est Radix, quæ quæritur.

*In Schemate propositionis IV. Sunt extrema data AE. 25. & AH. 49. Summa utriusque est HE. 74. eiusque semissis CB. 37. Ex hac subtrahe minorem AC, restabit CA. 12. vel quod idem est, eandem CB. 37. Subtrahe ex maiori AH. 49. restabit iterum 12. Adplicato igitur Gnomone ad CA. 12. & aperto Instrumento, quo ad CB. 37. cum Gnomone conveniat, intercipientur AB. 35. eritque,  
Vt AH. ad AB. ita AB. ad AE.*

25.      35.      35.      49.

*Et factus ex AE. in AH. 1225. Factus autem ex AB. in AB. itidem 1225.*

### PROP. VIII. PROBLEMA VIII.

*Datis tribus proportionibus inuenire Quartam.*

Primam proportionalium adplicata directè,  
ad